D. DIDACI YBAÑEZ

DE FARIA,

J. U. P. GADITANI,

CAROLI II. HISPANIARUM, INDIARUMQUE REGIS CATHOLICI
à Conſiliis, in Cancellaria de Buenos Aires Fiſci Regii Patroni, & in Goatemalenſi
Prætorio apud Americam primarios inter Judices adſcripti;

ADDITIONES,

OBSERVATIONES ET NOTÆ
AD LIBROS VARIARUM RESOLUTIONUM
ILLUSTRISSIMI AC REVERENDISSIMI D. DIDACI

COVARRUVIAS A LEIVA;

EPISCOPI SEGOBIENSIS,
AC SUPREMI CONSILII CASTELLÆ PRÆSIDIS.

EDITIO QUARTA.

1190000849

ESCUELA DE JURISPRUDENCIA DEL ESTADO DE ... MONTERREY

COLONIÆ ALLOBROGUM,
Sumptibus MARCI-MICHAELIS BOUSQUET & SOCIORUM.
M. DCC. XXVI.

CUM PRIVILEGIO SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAIESTATIS.

35740

PRIVILEGIUM
SACRÆ CÆSAREÆ ET CATHOLICÆ MAJESTATIS.

CAROLUS Sextus, Divina favente Clementia Electus Romanorum Imperator, Semper Auguſtus, ac Germaniæ, Hiſpaniarum, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclavoniæ &c. Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Styriæ, Carinthiæ, Carniolæ, & Wirtembergæ, Comes Tyrolis, Agnoſcimus & notum facimus tenore præſentium Univerſis, quod, cum Nobis Noſter Sacrique Romani Imperii fidelis dilectus MARCUS-MICHAEL BOUSQUET Ejuſdemque CONSOCII Bibliopolæ GENEVENSES, humillime exponi curarint, quem in modum *Additiones Obſervationes & notas Didaci Ybañes de Faria ad libros variarum Obſervationem Didaci Covarruvias a Leiva in Folio*: prælo committere reſolverint, vereantur autem, ne æmulorum invidia hanc editionem imitantium Impendii & laboris ſui fructu fruſtrentur: Ideoque nobis demiſſe- ſupplicarint quatenus eorum indemnitati Privilegio Noſtro Cæſareo ſuccurrere clementiſime dignaremur; Nos ſubmiſſæ pariter ac æquæ eorum petitioni annuendum cenſuerimus: Ac proinde Autoritate Noſtra Cæſarea omnibus & ſingulis Bibliopolis, Bibliopegis, Typographis, & aliis quibuscunque rem librariam ſeu negotiationem exercentibus firmiter inhibemus, vetamus & Interdicimus, ne quis ſupra nominatas *Additiones*, *Obſervationes*, & *Notas Didaci Ybanes de Faria* ſub hoc aliove Titulo aut forma per decem annorum ſpatium ab hodierno die computandum intra Sacri Romani Imperii & Regnorum ditionumque Noſtrarum Hæreditariarum fines recudere vel aliis recudendas dare, aliorſumve impreſſas apportare citra præfatorum Impetrantium, eorundemque Hæredum ac ſucceſſorum voluntatem & Aſſenſum in ſcriptis obtentum auſit, vel præſumat. Si quis vero ſecus faciendo Privilegium hoc noſtrum ſeu interdictum violare, aut contemnere præſumſerit, eum non ſolum ejuſmodi Exemplaribus ubicunque locorum repertis perperam quippe recuſis, ſeu apportatis: quæ dictus MARCUS-MICHAEL BOUSQUET Ejuſdemque CONSOCII ſive propria autoritate, ſive Magiſtratus illius loci auxilio ſibi vendicare poterunt: de facto privandum ſed & decem marcarum auri puri pœna Ærario ſeu Fiſco Noſtro Cæſareo & parti læſæ ex æquo pendendâ omni ſpe veniæ ſublata, mulctandum decernimus, dummodo tenor hujus Noſtri Privilegii in fronte libri impreſſus reperiatur, ejuſdemque conſueta quinque Exemplaria Conſilio Noſtro *Imperiali* Aulico exhibeantur. Mandamus itaque omnibus & ſingulis Noſtris & Sacri Rom. Imperii, Regnorumque & Dominiorum Noſtrorum Hæreditariorum ſubditis & fidelibus dilectis, tam Eccleſiaſticis, quam Secularibus, cujuſcunque ſtatus, gradus, dignitatis, aut Ordinis fuerint præſertim vero iis, qui in Magiſtratu exiſtentes, vel ſuo, vel ſuperiorum ſuorum loco jus, juſtitiamque adminiſtrant, nequemquam Privilegium hoc noſtrum Cæſareum violare ſpernere, aut tranſgredi patiantur: Sed ſi quos contumaces compererint, conſtituta a nobis mulcta eos puniri & quibuſcunque modis idoneis cœrceri curent, quatenus & ipſi graviſſimam noſtram indignationem, prædictamque pœnam evitare voluerint. Harum teſtimonio literarum manu noſtra ſubſcriptarum & ſigilli noſtri Cæſarei appreſſione munitarum, quæ dabantur Viennæ decima ſeptima Auguſti Anno Milleſimo ſeptingenteſimo vigeſimo quinto Regnorum noſtrorum Romani decimo quarto Hiſpanicorum vigeſimo ſecundo Hungarici & Bohemici vero decimo quinto.

CAROLUS.

(LS)

UT FRID. CAR. COM. DE SCHÖNBORN.

Ad Mandatum Sac. Cæſ. Majeſtatis proprium;

I. S. HAYECK de Waldſtätten.